



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

71. Pechini situs, muri naues, sple[n]dor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

videbimus. iam vero Pechinum gradui subiacet quadragesimo boreali; & a Palma ex Canariis vna interiacet graduum longitudo centum quadraginta cum minutis octo & triginta, quod probè congruit Ale-
ni gradus qui gradibus quinque statuit illam orienti Macao proprie-
rem: conitat vero de Macai situ, defectionibus lumen diligen-
tissime asserto. Nanchino cedit aliqua ex parte vrbis Pechinum ampli-
tudine, fabricis, viatum maiestate, sed immensum præcellit dignitate,
Regis prætentia, supremo iure tribunalium, Regni totius Gubernatione,
(& quæ Sinarum est summa beatitas) fructu graduum omnium
Magistratum, & officiorum; & quequid est in aliis Provinciis ma-
xime optandum in eam confluit: illic ad decem millia nauium an-
nonas conuehant, & maris instar flumina omnia sorbentis, nec un-
quam est satura nec egens. Hinc vulgo solum Pechinense aridum, &
Pingue dicitur; nihil proferre, omnia possidere: nam per se sterile,
Regni totius & bonis abundat; & delitiis luxuriat; & appulsa quot-
annis perpetuo & ambitioso procerum omnium superbit: naues re-
gias numerat milles, quarum singulæ apud nos, pro magnificient.
et
vitento facile habeantur.

Tota in planum, & quadratum porrigitur longius, duo tendunt in oc-
casum & ortum latera, & antiquam Pechinum producto ad vnum
milliare tum circumducto muro tantum amplificant, quantum inte-
gra vrbis sufficiat, quæ illo in spatio ædificata est. Suburbia vndique
immensa sed noua, & vetus quæ muro clauditur ciuitas milliaria octo
super decem Italica suo ambitu comprehendit, quem haec mensura
estimauit P. Iacobus Rho, cum anno 1637. Sinis ob Tartaros proprius
accidentes periculoso, supra muros circumducetur à capitibus con-
filiij bellici. Ex eo, & Riccio, & Palmeiro, tribus diuersi temporis
magna confusione idem testantibus quod per se spectabant, fidem fa-
ciam opinor eorum quæ referto. Mira ij tradunt de murorum illorum
amplitudine, magnificientia, & arte ad defensionem optimè consula-
ta. [Nituntur fundamentis quadrati lapidis paulum extantibus & sur-
gunt latertia structura multo altius quam apud nos: anno autem huius
octauo Riccius, cum eos ducibus Eunuchis regiis duobus conse-
nsit, & inambulasset, equitibus censuit non tantum decem æquata
fronte, sed octo curribus posse vbiq[ue] stadium præbere; vtrumque
pinnati, iaculatoriis vtrumque speculis muniuntur ad defendendam vnam
intestinam simul, & externam; suas habent humi præsidarij milites
in quibus pernoctent, ad iactus lapidis singulos, commendas stationes,
& eminentia ex arbore ibidein vexilla, cum Laterna seu Pharo. Cre-
briores vero vndique aceruos missilium lapidum; & congruis spatiis
propagnacula turrium nisi quod ad portas gemina: haec de manibus
Riccius, nullum iis aut ætas laterem, aut casus detrahit, quin sta-
tim reparetur, & vnius ex tribunalibus supremis propria cura est,
firmare illa, si qua labent; instaurare si qua rimas agant; ad hoc &

Cc 3

^{71.}
Pechini si-
tus, muri na-
ues, splédoz.

palatij Regij sarta recta , Lincino ingentium laterum millia ducenta supra millionem annua pesistantur , quod ex præfectis operum rebus Palmerius , addens se item in propugnaculo cœteris altius in vi-
bem imminenti , sphæram vidisse magnitudine enormam , & molis eiusdem Astronomicum quadrantem , ex ære viraque , eximio opere , nec indocto , quodque mirere , trecentos post annos , auro fulgen-
tia tam viuo , vt si de manu artificis prodirent ; et si videantur ab
Arabe cusa dum Sinis Tartari imperabant : pro muris Nanchini excu-
bant armatorum millia quinquaginta ; Pechini multo plura ob vi-
niam Tartarorum ; præterquam quod ciues ut magis boreales , sic ap-
plicatores armis quam literis , pari se sollicitudine tueruntur , vt si hostes
ad portas cernerent . Faustitati vrbis duo officiunt ; iis tamen utrum-
que succurritur . Duobus gradibus antarcticō proprior quam Roma , sed
71.
Duo summe incom. Pe-
chini frigus.
& puluis.
hyemes patitur absque villa comparatione longè saeuiores , latēque ha-
bitenus eius rei causa ; præsertim cum borealium incommodis caten-
cōmodis minimè perfruatur , sylvis enim egere regionem licet iis abu-
det , non temerē dixeris , si attendatur lignorum infinitas , ad ædifican-
dum necessaria ; quod nisi ex ligno domos non construant ; & videlicet Riccius aliquando ratim lignariam longam milliaribus duobus , ad re-
stituendam solum palatij Regij ex incendio partem , verum ad ignem
non vntur nisi lapide fossili , bituminoso , ardere facili , sed morda-
cis , & diuturni caloris cuius noxius vapor tubis fatas proiec̄tis expi-
rat , dum auta interiore eius tempore recreatur ; & lectos adhibent ad
sonnum lateritios , & cauos , inclusu eiusmodi carbone , contra vim
nocturni frigoris : alterum vrbis incommodum , ex vicis oritur mal-
quam ferè instratis , proin si pluit , quod ratum est , per altum cer-
ma calcandis ; si siccā & atenuis ut sibi , terra ; per densam continuam
pulueris nebulaam , que innumerabilis populi discursu excitata , incur-
rit in oculos , & domorum quoque intima subtili velut illuviae detur-
pat . Prostant huius molestiae levamentum , equi ad certa viarum compita ,
tum multi tum viles , qui sessore suscepto habenis trahuntur à
famulo quocumque seffor innuerit , vt pote locorum , & domorum
perito ; at qui sibi dux esse maulli , libro insitit viatorio , passim illie
venali , quo vrbis regiones , prætoria , domus , palatia notantur adie-
cis Magistratum , & dominorum nominibus à quibus incoluntur
omnes vero , nisi cui præplacet puluerem liberè , velo nigri coloris
tenuissimo obnubunt caput , quo illud etiam assequuntur ut tanquam
ignoti , molestiora quantovis puluere , deinent officia muroæ saluta-
tionis quibus alioqui ad perpetuos occursus procerum delumbari miser-
ros oportet , exscensionibus ex equo , proclinationibus corporis , &
dectione frontis in lucum , aut puluerem : sed idem capit is in quo u-
erum in rem suam , feliciter adhibuit Riccius ; celata Externi persona
liberè coemans quocumque illum sua negotia vocarent , quod à Prä-
fecto Externorum , Regis iniussu , nec unquam exorasset ; nec perrum-
pere